

homines imperiti Theologiæ & earū
rerum de quibus potiss. agatur. Si ad
indocētos dicitur, qui poterūt de ijs, quæ
non intelligunt, statuere? At sedebunt
docti. Qui tādem? quis deliget? quis do-
ctos cognoscet, nisi doctus? At hunc do-
ctum quis signabit? Ita cōtinget quod
Lactantius de Græciæ sapientibus ar-
gutatur. Electio verò iudicium & reie
ctio erit inextricabilis animis omniū,
odiis & perturbationibus varij gene-
ris concitatis, quæ iudicium omne ob-
ruunt. Sed quantò rem video impedi-
tiorem, tanto fore paratiorem confido
opem numinis. Littus Flandriæ per-
magna accepit incommoda ab aëstu in-
genti, quod maximis incremētis totius
mensis, nempe luna plena, effudit se fe-
rente validissimo vento, in hanc regio-
nem. Rupit agḡeres, & latè ea inunda-
uit, quæ hodie ducentis annis non lam-
bebant extremi fluctus. Multum amis-
sum

NB

Anno 1538

Oriūwīm

Flandriæ
vide Johann

Secundum Ha-

ziensem in

fim prūra,

tan